



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

Formula testimonialium per Pastorem dandarum super natalibus,
Baptismo, ætate, & Confirmatione Ordinandorum, n. 6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

fidei Catholicæ rudimenta edoctus, legendi & scribendi, etiam linguæ latinæ iactis fundamentis, peritus, coram Nobis, seu Nostro generali in Pontificalibus Vicario testari paratus, se non iudicij sæcularis fugiendi causa, sed Deo liberius seruiendi, hoc primo Clericorum caractere insigniri velle; quique non habeat de his requisitis, ac de vitæ, morumque probitate & litteraturâ sufficiens testimonium, tum à proprio Parocho loci, vbi baptizatus fuit & notabili tempore immediatè antea degit, iuxta formulam *subsequentin. 6. vel 7.* præscriptâ, tum etiam à Magistro Scholæ in qua studuit.

a c. 1. & c. fin. de Presb. nō bapt. c. fin. vbi glos. verb. infanti de temp. ord. in 6. Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 4. Statuta Sifridi Archiep. Colon. c. 5. in fin. pag. 38.

FORMVLA TESTIMONIALIUM dandarum per Pastorem loci, super natalibus, Baptismo, ætate, & Confirmatione Ordinandorum.

VI. *Vniuersis ac singulis ad quos spectat*

Ans

Etat' notum facio, atque presentium tenore
testificor ego subscriptus Pastor Ecclesie
Parochialis N. loci de N. Colonienfis Dice-
cesis, quod N. fuerit de legitimo toro ex
Catholicis parentibus N. & N. sub Paro-
chia mea predicta degentibus procreatus,
baptizatus in eadem Ecclesia die N. Men-
sis N. Anni N. idemque de sacro fonte su-
sceptus à N. & N. sicut constat ex libro, in
quo nomina Baptizatorum totius huius
Parochie annotata reperiuntur, quodque
idem N. sacro Chrismate confirmatus
fuerit die N. Mensis N. Anno N. à Reue-
rendissimo Domino N. Episcopo N. in Ec-
clesia N. prout patet ex libro, in quo etiam
nomina Confirmatorum huius Parochie
conscripta sunt. In cuius rei fidem hasce
litteras propria mea manu scripsi ac sub-
scripsi in loco N. die N. Mensis N. Anno N.